



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

Iesus fuit ter negatus à discipulo Articul. XXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

Matth. 16. ges, & praesides, & tyrannos propter nomen Domini: sicut Dominus eorum ductus est pro illis, & pro nobis omnibus. Non dum enim complectus est numerus Martyrum, sed erunt adhuc multi, qui occidenti sunt in fine seculi, in ultima persecutione, tempore scilicet Antichristi propter fidem.

I E S V S F V I T T E R T N E G A T V S A D I S-
cipulo. Articulus XXIIII.

Matth. 16.
Marc. 14.
Ioan. 18.

Negationes
tres Petri vbi
& quando la-
tis sunt.
Luca 22.
Ioan. 18.

Matth. 16.
Marc. 14.
Luca 22.
Matth. 16.

Ioan. 18.

Matth. 16.
Marc. 14.

Ioan. 18.

Negatio Pe-
tri quam gra-
misticum fu-
erit peccatum.
Luca 22.
Matth. 16.
Marc. 14.
Luca 22.
Matth. 16.

Confidere
neminem
debet suis
vulnibus.

Legimus ex Euangelistis, Petrum ter Dominum negasse: Sed vbi treillas negationes perfecerit, dicendum est pro concordia Euangelistarum, quod semel vel bis fecerit eas in domo Annæ: reliquas in domo Caiphæ: hoc scilicet modo: Cum Dominus Iesus captus fuerat in horo, & discipulis fugientibus Petrus & Ioannes qui cæteris feruentiores erant, reue-
ti sunt, lequentes eum à longe, ut vidarent, quid futurum esset de dilecto Magistro suo. Cum ergo Iesus introductus esset in domum Annæ, Ioannes intravit cum eo in atrium pontificis, quia erat nouus pontifici. Petrus autem ad officium foris stebat. Exiuit ergo Ioannes, & dixit hostiaria, & introduxit Petrum. Dixit ergo ancilla hostiaria Petru: Nunquid es tu ex discipulis hominis istius? Respondit Petru: Non sum. Et: O mulier, non sum non noui illum: ne scio quid dicas. O Petre, magna est fragilitas tua, vbi nunc sunt verba quæ dixeras, te paratum esse ire carcerem, & mortem cum Magistro tuo. Ecce vna muliercula, ecce ancilla vna & hostiaria interrogat, & non audes confiteri: quid faceres, si milites & armati te apprehenderent? Stabant autem serui & ministri calefacientes se ab prunis, quia frigus erat. Stabat autem Petrus in medio eorum, calefaciens se. Timens ergo Petrus ne agnosceretur exiuit. Et cum vidisset eum alia ancilla, dixit: Et hic cum Iesu Nazareneno eras. Dixerunt ergo ei: Nunquid es tu ex illo? Petrus capi-
turare, quod non nouissem hominem. Et statim gallus cantauit. Creditur hoc factum esse in domo Annæ. Et post pusillum, quasi intervallo unius hora scilicet interim, quod Dominus ductus est ad Caipham, & Petrus fuerat securitus, & iterum flebat cum ministris calefaciens se. Dixerunt: Verè tu ex illo es, scilicet discipulus Iesu, Nam & Galilæus es, & loquela tua testimonium facit. Et cognatus illius, cui adserit Petrus auriculam, dixit: Nōnne egote vidi in horo cum illo? Et iterum caput Petri se etiam anathematizare, quia non noui hominem, quem dicitis. Ecce quomodo Petrus continuando peccatum, augmentauit etiam peccati gravitatem. Primo similiter negauit: Secundo negat cum iuramento: Tertio cum iuramento negat, & cum sui maledictione. Cum ergo ter negasset, continuo gallus secunda vice, cantauit. Et conuersus Dominus, scilicet ad misericordiam, reflectit Petrum, scilicet oculo miserationis, & illuminationis. Et recordatus est Petru verbi tesi, quod dixit: Priesquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus formidavit amare, quod tam dilectum Dominum negasset, &c. dicatur ex Itinerario Clemencis, quomodo fugit in galli cantum. Habemus hic plura documen-
ta. Primum, ut non confidamus in nobis ipsis, sed timeamus: cum principiis omnium Apostolorum, & caput fidelium, tam grauiter, & tam faciliter co-
dit. Ergo caueamus à superbia & præsumptione, qua sit, ut nos Dominus derelinquer, ut discamus quid sumus ex nobis, & quid postumus, certe nihil: sed siue non peccare, siue benefacere à Deo est, cum consensu arbitrij nostrorum. Secundum, ut discamus quod societas multum promouet hominem siue ad bonum,

bonu-
negau-
lue it-
electu-
pecca-
ment-
com-
lum,
dum,
rus, v-
re cu-
pro o-
ceret,

P
do-
trader-
tefmo-
mihil-
cunct-
venie-
numeu-
lud ne-
Daun-
pa, &
est, qu-
ris, II-
calun-
id ef-
quit,
Dein-
prop-
fede-
tabo-
In
omni-
tem-
elle p-
cau-

bonum, siue malum. Nam quamdiu fuit Petrus in cœtu Apostolorum, non negauit Christum, sed quando venit in cœtu curialium, ibi negauit. Ad huc ita est, vt boni efficiantur mali in curijs principium. Nam cum electo, electus eris, & cum peruerso peruerteris. Tertium, vt si quis ceciderit in peccatum, peniteat & doleat, nec desperet, sed sumat exemplum spei & poenitentie in Petro resurgentem, cui post lapsum & resurrectionem emendato, commissa est tota Ecclesia. Sed diceret quis: Quare Dominus tamen Apostolum permisit cadere, super quem fundatus erat totam Ecclesiam? Dicendum, quod Petrus perficiendus erat toti Ecclesia. Ut ergo non esset nimis durus, vel incredulus & indiscretus, sed sciret compati & misericordiam habere cum infirmis & imperfectis, voluit Dominus, vt hoc disceret suo proprio exemplo, vt in seipso experiretur infirmitatem propriam, & inde disceret, quomodo tolerare & curare deberet alienam.

I E S V S F A L S A C O N T R A S E T E.
stimonia pertulit. Articulus XXV.

Prelentatus (vt prædictum est) Dominus Iesus in domum Caiphæ, ubi congregati fuerant Principes, & Scribæ, & Seniores populi in consilio, stetit in medio eorum, sicut agnus inter lupos. Nam, Principes sacerdotum, & omne consilium quæ rebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traherent. Et non inuenierunt, etiam cum multi falsi testes acceſſerent: Et conuenientia testimonia non erant. Magna laus est Domino Iesu, quod etiam inimici eius nihil falsum compонere potuerunt, quod speciem haberet mali, eo quod in cunctis tam innocente & prudente se habuit. *Nouissimè autem duo falsi testes* *Ioan. 1.* *venierunt, & falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Possum destruere templum hunc Dei manu factum, & in triduo ab aliud non manu factum, reædificare.* Per hoc voluerunt probare, quod fecisset se Dum, vel sibi potentiam diuinam attribuisset, quia homini puro non sufficeret possibile. Et non erat conueniens testimonium eorum, quia mutauerant verba, & sensum. Dominus Iesus nec eadem verba, nec in eodem sensu locutus est, quo illi proposuerunt. Nam Christus hoc dicebat, de templo sui corporis. Illi vero intelligebant de templo materiali Salomonis. Secundo etiam calumniantur in ipsis verbis, dum quedam addunt, & quedam mutant. Salvator enim dixit, non præcipiendo, sed predicendo: Soluite templum hoc, id est, soluetis. Ipsi aiunt: Ego dissoluam templum hoc manu factum. Vos inquit, Soluite, non ego. Quia illicitum est, vt ipsi nobis inferamus mortem. Deinde illi vertunt: Et post triduum, aliud non manu factum ædificabo, vt propriæ de templo Iudaico dixisse videretur. Dominus autem ut ostenderet se de spirituali templo sui corporis locutum non dixit, ædificabo, sed excitabo illud.

In hoc articulo primo edocemur exscrari nos debere omne mendacium, Mendacium omnemq[ue] dolum & simulationem. Nam quicunque hæc seellantur, veritatem negant, & Deo resistunt. Secundo monemur iniquarum accusationum esse patientes. Nunquam enim pro rorsus iniqua est nostri accusatio. Si enim in eo quo accusamur, non delinquimus, in alio quo nemo nos accusat, Deo peccauimus. Nunquam igitur innocentes sumus, quamvis hoc ipsi ignoremus.

NN mus.

Societas huius
ad bonam, si-
ue ad malum
quid valeat.
Psalm. 17.
Desperare
neminem
debere de
quoque
peccato.
Petros cum
permisus
sit edere in-
negationem.

VI
SI